Fragmentarium

merentium corda demulcenſ. ⁊ ele
uatiſ manib; celeſti eos benedictione
[illegible]
[illegible] romanę
ciſ attingeret. et ſcor. cimiteria
uiſitanſ. agonem ſuum eor. patrocinii
commendaret. aplico tandem ſe rep
ſentat antiſtiti. magno uidelicet leoni.
exponenſ qualit pfidei defenſione ppa
depulſuſ ſede cogat pegrinari. At ille
iuxta aplicam manſuetudinē totiuſ
pietatiſ uiſcerib affluenſ. blandiſ eū
fouet alloquiiſ. reuocanſ admemoriā.
qualiter dnſ ihs per totam euglii ſeri
em diſcplos adpaſſionem animabat.
& quam remunerationiſ mercedem
deſtinabat. Beati inquienſ eritiſ cū
uoſ oderunt homineſ ⁊ pſecuti fuerīt.
&t. Beati qui pſecutionem patiunt
ppt iuſticiam. Et illud apli. Siquid
patimini ppt iuſticiam beati. Poſtq.
igitur apud eundem aplice ſedis pſu
lem aliquamdiu conuerſatuſ eſt. cōfe
renſ cum eo cottidie de ſacriſ ſcriptu
riſ. de ſalute animę. deq; celeſti uita.
intellexit de alloquiiſ ille leo hominem
admodū induuiſ eruditū. ⁊ contra omſ
hereſeſ gladio ſpſ ſci munitū. ideoq;
ſecum deliberat. qd uir tam neceſſari
ecclię di. aliquorſum debeat ad pdican
dum deſtinari. Denuq; p ſcę exhortatioīſ
colloquia. ⁊ multifaria diuinę religioīſ
mandata. data pdicandi auctoritate: hc
ſcē ſocietatiſ comitatū uiuā paciſ con
ceſſit abire. monenſ ⁊ obſecranſ. ut ſi
cubi copia pdicandi fieret. in uinea dni
uel plantando uel putando. uſq; ad eu
uangelicū eternę remunerationiſ de
narium laboraret. Reuerendiſ itaq; teo
neſtuſ cum diſcipliſ ſuiſ a romana ur
be digreſſuſ. ſcor. loca circūquaq; uiſi
tabat. nec ullum pterit ſeruor. dei cuiuſ
noticiam ⁊ ſocietatē poſſet adipiſci. P
longoſ ū difficillimi itineriſ labores.
appennini montiſ preptanſ cfraga. ⁊
rapidiſſimi padi tranſmeans fluenta.
urbem mediolanum puenit. Ubi am

broſium in reb; di orbi terrę n[illegible]
theologię uacantē inuenit. A quo be[illegible]
[illegible] quam religioſe
[illegible]
pegri[illegible] et ſerie laborum [illegible]
canſ qualit crudeliſſimi honor[illegible]
tialem exptuſ ſit furorē. & quam [illegible]
uiſſimam eidem ſimulq; arrian[illegible] quoſ
ipſe defendebat tulerit pſecu[illegible]nem.
Ambroſiuſ econtra denarrat ei qualit
mediolani ad beſtiaſ pugnauerit. ⁊ qm
iuſtina auguſta arrianę impietatis
alumpna uenena quę ab hereticiſ male
hauſerat pei contra eccliam euomuerit.
et qualit eccliarum ſtatum turbando.
ſacerdotib depulſioneſ ⁊ exilia inten
tauerit. uſq; adeo iezabel ſpū armata.
ut filiuſ eiuſ ualentinianuſ inuidia
quam in ambroſium mat ipſiuſ con
flauerat accenſuſ. armator. manum
ad eccliam mitteret. ⁊ obpugnari
ſcā. ianuaſ frangi. ſacerdotē extrahi.
& in exilium ptinuſ agi iuberet. Addit
quoq; in tali diſcrimine. magnā uir
tutem altiſſimi ſibi ſuiſq; affuiſſe. quę
ei puiſum reuelauerat. quo loco late
rent corpora ſcōrū geruaſii ⁊ prothaſii
in theſauro diuini ſecreti. uſq; ad tēp
oportunum recondita. Quę cū effoſſa
digno cum honore ad eccliam defer
rentur: int multimoda ſanitatū c[illegible]o
na. etiam quidā cecuſ urbi notiſſim.
tactu feretri lum receperit. ⁊ exultanti
b in laudem xpi ciuib. leticię icrementū
dederit. Unde feraliſ illiuſ animi ⁊ ſi iuxta
fidei regulā hereticū inſe non correxit
errorem. tam cōpeſcuit ad tempuſ tyranni
cum apſequendo furorē. Cumq̄ multa pro
p xpo laboreſ ſe tuliſſe alter alteri enar
rarent. & ad pſeuerantię tenore ſalutari
buſ monitiſ inuicem roborarent. indicat
ambroſius theoneſto adhuc in eadē urbe
quādam arrianę contagionis ſupereſſe re
liquias. a dquiaſ funditūſ extirpandas.
dicit oportere eos unanimit accingi.
et urbem imo ⁊ totā eccliam hac diabo
lica peſte purgari. Unde uterq; ſcuto
fidei. & gladio uerbi armat. adue[illegible]

BIBL. PUBL. BASILEENSIS

III. 49. b

License: public_domain – Basel, Universitätsbibliothek, N I 3:49b, 1r – Fulda Legendary
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-vtwk/9851/71726)